glorificatio nobis ſanè data in Chriſto ; ſubditque: *Manifeſtata eſt autem nunc per illuminationem Salvatoris noſtri Ieſu-Chriſti; qui deſtruxit quidem mortem, & illuminavit vitam & incorruptionem.* Hendiadys eſt: ideſt, Vitam incorruptibilem. Patet iam propoſitum, & quomodò in Chriſto etiam nobis manifeſtum. Per illum animæ conceſſa gratia, qua mors mortua, expulſo iaculo criminis; ſed effectus vulneris remanebat in corpore carnis, corruptione corporis. Hoc quoque à corruptione redimendum, etſi myſterium nobis eſſet abſconditum. Hominum vota erant huiuſmodi carnis redemptio, ut per vitam immortalem, mortis fieret iam vulneratæ deſtructio. Tota deſideria glarificatio abſcondita carnis: nuncque dicitur manifeſtata per illuminationem Salvatoris; quoniam micabat quæ gloria futura corpori, per gloriam corporis Salvatoris in carne. *Fecit, ut gloria appareret*: infit Alapid. Non contulit, dumtaxàt in illo apparuit; ut noſtrum fioreret corpus, ubi manifeſta gloria corporis eius: qua quidem illuminamur, ut illuminemur. In eamdem utique imaginem transformamur, videntes per ænigma miram ſpeciem, ut fiat proceſſus de claritate viſa in claritatem. De animæ per gratiam beneficio claritatis, in claritatem terreni labilis corporis: igitur ut conformetur corpori claritatis ſuæ; Chriſtus reformavit corpus humilitatis noſtræ. Retorqueamus Lucretium, 3. de *Rerum natur.* à v. 560.

*Tim. d.v. 10. Hendiadys. Illuminationis illuminatur. Alapid.*

*——— Simili ratione tenentur*
*Corpus & anima.*
*Quare etiam atque etiam reſoluto corporis omni*
*Tegmine, & eiectis extrà vitalibus auris,*
*Diſſolvi ſenſus animi fateare neceſſe eſt,*
*Atque animam; quoniam coniuncta eſt cauſa duobus.*

Lucret.

10 Intelligitur modò Leo Pap. ubi ſupra. *Aperit ergo Dominus* (infit) *coram electis teſtibus gloriam ſuam, & communem illam cum cæteris corporis formam.* Forma corporis cum cæteris in gloria communis? Elucet itaque quid propoſitum amoris, cùm eius corpus ſplendet eiuſdem naturæ, & alterius gloriæ; ut aptaret ad imaginem per gloriæ ſimilitudinem: diciturque (in eiuſdem formæ carne, gloriæ diſcrimine) forma communis, ubi fit transfiguratio; quia cæteris eadem claritas, quæ videbatur in Chriſto: igitur vel in corpore mortali meditatò conſtruxit carnis transfigurationem, ut gloriæ propriæ quoad corpus teſtes viderent imaginem. Oſtendit charitatis propoſitum, dum deſignavit corpus glorificandum; & quàm gratum illi, ſi terrenum fieret eius fulgore cœleſte: quandoquidem eandem habens corporis conditionem, ſingulari claritate, claritatem oſtendit fore communem. Huiuſmodi fauſta ſors exponitur ab Eccleſia, ubi transfigurati promitur gloria. *Deus* (inquit) *qui in Unigeniti tui glorioſà transfiguratione, adoptionem filiorum perfectam mirabiliter præſignaſti*, &c. Non ſignavit adoptionem, ſed præſignavit, exhibens in filio glorioſam ſpeciem; qua totus homo obtineret libertatem. Eſt adoptio perfecta, & inchoata. Inchoata dum anima dumtaxàt donatur gloriâ; ſine illa corpore intra ſepulchrum manente. Eſt namque perfecta adoptio; ubi corpus per gloriam ſurgit è pulvere: & dum Pater cœleſtis in filij transfiguratione corporis oſtendit gloriam; filiorum præſignavit adoptionem perfectam; quoniam in claritate corporis, transfiguratione exhibitâ, præſignabatur ſplendor, quo caro cæterorum illuſtranda: etenim in gloriam corporum, corpus Chriſti glorioſum obijciebatur ſpeculum; ut explorarent redemptionem corporis, adoptionem perfectam filiorum Dei expectantes: ex Salvatoris enim glorioſa prærogativa vivificata prorsùs mortalia corpora noſtra.

*LeoPap. Gloria carnis Salvatoris communicata cęteris. Quare Chriſti transfiguratio dicitur hominis perfecta adoptio?*

11 Ante transfigurationem dixit Servator N. *Sunt quidam de hìc ſtantibus, qui non guſtabunt mortem, donec videant filium hominis, venientem in regno ſuo.* Ut actu comprobaret promiſſa, transfigurato corpore poſt dies ſex, illis apparuit in gloria: tuncque dicit videndus in regno ſuo; quia tunc videbatur ſicut futurus in cœlo. *Filium hominis venientem in regno ſuo.* Marçus aliter: *Donec videant regnum Dei veniens in virtute.* Inquiritur quænam in transfiguratione virtus ſit, qua venturum regnum Dei? *Tunc enim & non antè* (inquit Caietan. hìc) *venit regnum Dei in virtute immortalitatis corporalis, & plenitudine poteſtatis.* Poteſtas Salvatoris profectò nota in animæ glorificationem; ſed ille voluit oſtendere poteſtatis plenitudinem, in immortalitate mortalis carnis, glorificatione corporis; quà victuri feliciter in cœleſtibus, habentes in gloriam mortale corpus: regnumque Dei prædicit in virtute videndum, ubi Chriſtus expoſuerit diſcipulis corpus transfiguratum; quoniam hominum etiam caro particeps gloriæ, ex poteſtate & virtute transfigurationis Chriſti. Quoad animam per gratiam erat adoptio; ſed non plena, quia per gloriam reſtabat corporis perfecta redemptio; demonſtranda aliquando, ſed non modo, corporis immortalitate: & Chriſto transfigurato, oſtenditur in virtute; quippe per eius corporis communicatam gloriam, habebant coram luminibus adoptionem perfectam: etenim virtute, corporis etiam ſignans glorificationem; noſtræ felicitatis demonſtravit plenitudinem.

*Math. 16, 28. Marc. 8. 39. Caietan. Ex transfiguratione quomodò gloria in virtute?*

*——— Corporis atque animi vivata poteſtas*
*inter ſe coniuncta valet, vitaque fruuntur.*

Lucret. d. v. 546

12 Ut aſtantibus appareret regnum Dei, diſcipuli in montem adducti ſunt. Illicòque de cœlo facta eſt vox: *Hic eſt Filius meus dilectus: ipſum audite.* Quidni *Videte*? In eum videbatur congruum, tendere luminum aciem; quem tanto honore, maieſtate, lumineque circunſpiciebant illuſtrem: cur igitur haud illis imponitur, quòd videant; ſed ſolummodò, quod audiant? Audire ſpectabat gloriam animæ videre autem gloriam corporis: & transfigurato Domino, tantùm dicitur, ad gloriam animæ, ut audiant; quia gloriam corporis in virtute iam viderant. Hinc Salvator Patri dixit: *Præſtitiſti decori meo virtutem.* Specioſus formâ floruit præ filijs hominum, ſummæ pulchritudinis exemplum. Patet in transfiguratione ampliorem tribuit decorem: in ſplendoreque non decorem conſiderat, ſed decoris virtutem; quoniam ex virtute decoris eius in corporis transfigurati gloria, decorem gloriæ perfectè habebit natura humana. Amor eximius erga homines, provexit illum in oſtenſionem internæ huius claritatis; in qua decoris decus, & decoris virtus. Decor ſibi, virtus homini: igitur ex virtute eius decoris, quo viſus corporis fulgor; in corpora terrea etiam manavit ſplendor. *A corpore modò homo æquo animo exit* (dicam ex Senec. *Epiſt.* 92.) *nec quis deinde reliquijs eius futurus ſit exitus, quærit. Totum hoc quo continetur & unum eſt & Deus: & ſocij eius ſumus & membra.* Hinc Chriſto datur decor, & virtus decoris, propter communicationem aſſumptæ in corpore lucis: igitur à gloria in Thabore præſtita, provenit fauſte humani corporis gloria.

*Matth. 17.5. Pſalm. 29.8. Quinam in huiuſmodi gloriæ decor? Senec.*

13 Innuit Regius Pſaltes, dum glorioſum Salvatorem prævidet inter mortales homines; ut illos transformaret in cœleſtes. *Magna* ſanè *eſt gloria eius*, & apparuit ſiccine in monte transfiguratus: cuius in theatro in ſolamen hominum (ò Pater luminum!) *Gloriam & magnum decorem impones ſuper eum.* Gloria eius præponitur magna: & gloriæ eius in Thabore alia ſuperadditur gloria; propter amorem eximium, erga maieſtatem hominum: igitur gloriam

*Pſalm. 20.6. Ibid. Cur dicitur gloria magna, atque magnus decor gloria?*





inſignem oſtendit in Thabore, quoniam habuit: ſed inſigniorem, quoniam mortales eiuſdem gloriæ participes fecit. Hinc ſubdit, *Gloriam & magnum decorem.* Decor profectò ex gloria: magnus, quia communicata; etenim ni gloriæ hominem conſtitueret participem; amor eius gloriam ipſam non haberet ut decorem. In Thabore glorioſus corpore ſplendet, verum homini fulget: gloriæque magnum explicat decorem; quoniam communicatione, amoris demonſtravit magnitudinem. Eſt gloria & decor & magnus, dum ſplendet immortale mortale corpus. Gloria ex ſingulari corporis ſplendore: decor & magnus, transfigurati virtute: ſiquidem per Salvatoris gloriæ miram ex amore virtutem; corpora noſtra immortalem participabunt fulgorem.

14 In huiuſmodi myſterio Salvator oſtendit amoris inſigne, gloriæ clauſura atque manifeſtatione. *Clauſura*, quia cùm gloriam in corpore nonnumquàm habere, illi eſſet connaturale; propter hominem voluit corpus habere paſsibile. *Manifeſtatione*, ne caderent animo, qui, quia mortales, obnoxij ſepulchro; quaſi poſt fulmina mortis, ſemper futuri corruptione pulvis: & in transfiguratione præferuntur gloria & decor; ut clareſcat pro hominibus in corde Salvatoris quantus amor: quandoquidem ſi gloria amoris, dùm gloriam corporis hominibus clarè oſtendit; decor amoris amplior, ubi propter gloriam hominum gloriam corporis abſcondit. Sedul. d. à v. 273. ſuccinit:

*Amor ſu ſit Chriſti; & dum gloriam oſtendit, & dum abſcondit.*

*Nec tamen, humano quamvis in corpore Chriſtum*
*(Matris ab occoſu mortalia membra gerentē)*
*Clàm fuit eſſe Deum; quia non abſconditur unquam:*
*Candida forma nivis Domini de tegmine fulſit,*
*Solis in ætheream verſus ſplendore figuram.*

Sedul.

## DIDASCALIA III.

### *Innoteſcit per dona, pectoris amantis flamma.*

1 NOnnumquàm Amoris ſtemma gratia, ignisque cordis inſignia; quippe lingua amantis opera. Quæſierunt paſtores Salvatorem recens natum; & plura locuti celebrantes myſterium. Quęſierunt Reges, invenerunt pleni gaudijs; nec fit memoria; quòd ulla proferrent verba.

Luc. 2. 18.

Matth. 2. 11.
*Amoris lingua opera.*

Eum adorarunt, *& obtulerunt ei munera.* Nec vox auditur? Videtur. Conferre & ex corde dona, eſt amoris eloquentia. Regius eſt ſermo, quo manus gaudent eloquio: etenim dum animalia loquuntur ſedentis gloriam, ut plauderetur vocibus divina maieſtas; Seniores ante thronum *mittebant coronas ſuas.* In diademate Iovis (ait Pauſanias, *cap.*157.) erant ſculptæ & Gratiæ & Horæ cum Æthiopibus. Ex artificio imaginis, ſcitè exponitur genius munifici Principis: etenim numquàm ad gratias oſtia clauſa, cùm haberet ad manum qualibet hora; ut qui preſſus vel oppreſſus cuiuſvis gravamine ærumnæ, cum fiducia poſſet accedere ad thronum gratiæ: non enim Princeps auctoramine maieſtateque in throno decore ſederet, ni gratias quolibet tempore ſubditis conferre poſſet. Nil mirum, ſi ſtatua magna & ſublimis caderet inflati Nabuchi; dum ſignum ruinæ præfixum in imaginis etiam phantaſticæ formatione. Manus minimè ſignantur, etſi brachia ex argento deſcribuntur. Brachia ex argento demonſtrant regni divitias, & manus Principis gratias: caditque leviſsimo impulſu regnum, & evaneſcit vel potentiſsimum ſolium; quo brachia fulgent in donorum poteſtatem, ſine manibus & palmis ad gratiarum collationem. In difficili partu Thamar, *unus* infantium *protulit manum; in qua obſtetrix ligavit coccinum, dicens: Iſte egredietur prior.* Hoc eſt, iſte Princeps erit, quia ætate maior. Prior in Principem conabatur naſci, expreſsitque manus occluſæ extenſione: verùm ubi expertus obſtetricis articulum, ſtatim *retraxit manum.* Fugit ex throno decus, ubi retracta ſtudio ligata manus: etenim in ſublimi maieſtate non honor Principis, ſedere in throno ad gratias manibus prorsùm ligatis. *Qui beneficium dat* (inquit Senec. 2. *Benef.* cap. 31.) *quid proponit? Prodeſſe ei cui dat; & voluptati ſibi eſſe.* Cuius manus ligate; favere non valet; nec in principatu prodeſt: imò quod præ voluptate beneficiorum animi gaudium, mutatur in principatus faſtidium; quippe Principi, maximè amanti moleſtum, ad favorem & gratiam nequire extendere manum: quandoquidem eius in throno maieſtatis excellentia; gratias habere ad manus qualibet horà. Pluvia eſt floribus.

Apoc. 4. 10.
*Corona Iovis forma.*
Dan. 2. 32.
*Principis dedecus, ubi ſine gratijs thronus.*
Gen. 38. à 27.
*Et ligata ad illas manus.*
Senec.
*Sed excellētia, ubi ad manum gratia.*

*Hoc in amore favor eſt: hinc alimenta*
*Sumit, & ad frugem protinùs ille venit.*

Oth. Ven. Embl. Amor. 40.

2 Sic amor Ieſu floruit, dum eius hora venit; in qua occurrerunt (in diadematis gloriam, & ſingularem dilectionis lauream) Æthiopes homines nigredine ingratitudinis, ſagittantes & illis orientem Solem; quia non dilexerunt lucem. Videtur (ut aliò dicit Plaut. in *Pœnul.* Act. 1. ſcen. 1. v. 12.) *Amans per amorem.* Non enim niſi in amorem amoris uſus; ut ſine redamationis fine, in finem ſummè dilexit ingratos. Fallitur Seneca, d. *lib.* 1. cap. 3. dicens: *Gratias ætate minores eſſe, quam horas.* Synchonæ ſunt, quas eius condidit exeſtuans amore cor; quacumque enim temporis hora, in homines (quamvis nigros) extenſa gratia. Dicit Evangeliſta: *Sciens Ieſus, quia venit hora eius; cum dilexiſſet ſuos, in finem dilexit eos.* Dilectionem comprobavit dilectione, ut horas gratiæ conciliarent omni tempore etſi obvijs paſsione & morte: etenim non dilexit verbo linguæ; ſed opere & veritate, aſtruens præclarè fidei vehementis exceſſum, voce efficaci gratiarum. Retorquendus Sophocl. in *Aiac.* a v. 517.

Plaut.
*In Ieſu pectore horarum comites gratiæ.*
Senec.
Ioann. 13. 1.

*Gratiæ memoriam adeſſe:*
*Delectabile, ſi quid patiatur.*
*Gratia gratiam eſt pariens ſemper.*
*Cuius defluit memoria in beneficia,*
*Non eſt generoſus vir.*

Sophoc.

*Amor eius erga ingratos.*

Quodnam pectus generoſius, ubi adhuc Æthiopum præſenti iniuria, in egregia beneficia perſeveravit memoria? Fulget excellentia gratiæ vel in hoc tempore; equidem ut vehementiam amoris obſequiorum exceſſu comprobaret; etiam ingratos cum dilexiſſet, dilexit.

3 Inter Amoris inſignia deſcribitur gratiarum præſtantia, ut dicemus, *Tautol. ſeq.* D. 5. *n.* 2. Numquàm ſine manibus ſublimis amor, quas pectoris conſtruit fervor: & adinſtar horologij pondere motum interiorem librat, & qualibet horà manus poſitione demonſtrat. Unde Novarin. 2. *Adagior.* n. 548. accinit:

*Numquàm ſine manibus amor.*

*Quia ſtylus aligeri diſcrimina temporis index*
*Monſtrat, ſi horarum ferreus urget iter;*
*Interna internus tangit præcordia motus,*
*Et motu in medio, credite, Numen ineſt.*

Novar.
*Cur conſfertur horologio?*

In huiuſmodi amoris demonſtrationem; qui flammà pectoris urebatur, deponit veſtem: equidem ita propenſus in dona, ut propter homines ponat veſtimenta ſua. Amor vehementer inflammatus veſte caret, omnia tribuit: & coram dilectis deponit è corpore veſtem; quoniam propter illos promptus ſuſtinere nuditatem. Omnia dedit Pater in manus eius, & obijcitur nudus. Elucet quam generoſus: igitur ut amorem eximium aſtrueret gratia; ſuis (etſi ingratos ſciret) dedit & omnia. Cœleſtia ſecum ex æthere traxit, cunctaque ex amore diſtribuit.

V. 3.



buit. Veſtimenta deponit, omnia dedit. Amor elucet per dona.

*Ante oculos, interq; manus ſunt omnia veſtra.*

Virg. 11. Æneid. v. 311.

His muneribus eius ad ſummum pervenit cor? Ultra eſt. Etiam in extremo gratiarum, cordis munifici invenitur plus & plus.

4 Theatrum huiuſmodi præclariſsimæ ex amore largitatis, ſummà & inclyta gratià expoſuit Philoſophus Æſchines. *Socrati cùm multa multi* (refert Seneca quò dudùm, cap. 8.) *pro ſuis quiſque facultatibus offerrent; Æſchines pauper auditor, Nihil, inquit, dignum te, quod dare tibi poſſim, invenio: & hoc uno modo pauperem me eſſe ſentio. Itaque dono tibi quod unum habeo, Meipſum. Hoc munus rogo qualecumque eſt, boni conſulas, cogiteſque alios, cùm multum tibi darent, plus ſibi reliquiſſe. Nec eſt, quòd exiſtimes illum vilem ſibi fuiſſe, qui pretium ſe ſui fecit. Ingenioſus adoleſcens.* Ingenioſior amor Chriſti, non ſolùm in gratiæ inæſtimabilis entitate, ſed etiam in modo doni, cœnà factà pro Euchariſtia; poſtquàm ſibi nihil relinquens dederat omnia. Exiguum dilectis tribuiſſet, ni ſemetipſum daret: & ut amor illuduſque ſtudijs & obſequijs egregius, clareret ſummus; propter gratiarum gratiam ſe dedit & ſuis manibus. Pretium ſe ſui fecit, & quomodo gratia augeſceret, cogitavit; quin eſſet querela ex dono, huic vel illi in diſtributione dato: equidem (licèt ſui traditione ſingularis eſſet gratia, quia gratia ſumma) ut dilectos in donis faceret amor æquales; ſe dedit totum omnibus, & totum ſingulis. Inopes intrarunt, locupletes exierunt: imò beati, ditati ut imbre cœleſti; ex quo aurea dona (collecta meditanter in Euchariſtia) in Ieſu manibus invento theſauro, ex pectore telis amoris percuſſo: etenim poſtquàm dederat omnia; poſt omnia invenit, ut plus, daret, plus & aliquid ultra.

Senec.
*Maius nil amore ſdonum, dare ſeipſū.*
*Chriſtus hominibus ſe dedit & ſingulis totum.*
*Aliquid dedit poſt omnia.*

*—Cuilibet ingenio tradidit ſe fruendum*
*Quicquid amas, dabit illa manus: communiter omni*
*Iungitur officio, gaudetque potentia flecti.*
*Nil negat, & ſeſe vel non poſcentibus offert.*

Claud. 1. in Eutrop. à v. 365.

5 Quid haccine gratià poteſt cogitari pretioſius? Quid in cœlectibus etiam mirabilius? Quorsùm enim tantus cum hominibus amoris exceſſus? Dicit Paulus: *Ut oſtenderet in ſæculis ſupervenientibus abundantes divitias gratiæ ſuæ.* Non ſolùm in cœnaculo oſtendit gratiam in hominum gloriam, ſed etiam ſuæ gratiæ divitiarum abundantiam. Quænam gratia & abundantia gratiæ, ut conſtet homini præparatæ divitiæ? Super gratiarum præſtantiam ulterior gratia; quoniam amoris ingenium invenit aliquid ultrà. Ultra gratiam atque donum ſacramenti? *Gratia* ne erit *ſuper gratiam* ex dono & ex modo doni? Plus eſt, ulteriùs procedit; qui cordis exceſsivà flammà diligit. Amori eius videbatur parvum, modicum obſequium, ni traderet ſemetipſum. Tradidit. Hæc erat gratia, ſed non videbatur divitiarum copia; quouſque cogitaretur ab amore, quo in gratia gratiarum oſtenderentur divitiæ, ſimulque aliquid ultrà, ſuppoſità amoris ſuperiore gratia: diciturque iurè Sacramenti inſtitutione, oſtenſas fuiſſe in gratià divitias gratię; quoniam exceſſu amoris, non ſolùm eis ſe tradidit, ſed ſe tradidit pro eis.

Epheſ. 2. 7.
Eccl. 26. 19.
*Quò ſumma gratię, & gratiarū divitiæ.*

6 Inſtituit ergo mirabile Sacramentum, in cuius inſtitutione etiam ſignavit cordis amantis ſtudium. *Dominus Ieſus* (inſit Gentium Doctor) *in qua nocte tradebatur; accepit panem, & gratias agens fregit & dixit: Accipite & manducate: hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur.* Luc. 22. 19. *Quod pro vobis datur:* Quidni dicit: *Datur vobis*) pane iam Chriſti corpore) qua de cauſa pręmiſit, *Accipite & manducate?* Si accipiunt ad manducandum, illis traditum: cur ergo profert, eis traditum, pro eis quoque tradendum? Ut in beneficio collata ab eius amore gratię, tantę gratię oſtenderentur divitię. Illi, ſicut univerſi mortales, debebant tradi ſupplicio; ut conſtabat ex chirographo: igitur obnoxij morti, ex pręvaricatione atque tranſgreſſione Adami: diciturque illis traditus, traditus etiam illis; ut excellentia cognoſceretur amoris: igitur ita pectus flammis activis incendit; ut ſolveret quę non rapuit. Seſe illis tradere, erat diligenti ſtudium, & quaſi amoris extremum: verùm reſtabat dilectis, quod ultra extremum amoris: & qui traditus in pignus amoris illis, pro illis dicitur traditus; ut in divitijs gratię, cordis flagrantis videretur exceſſus: equidem inter amoris ſtudia, nulla maior excellentia; quam (ut illi contractam removerent ſervitutem) ipſum traditum illis, pro illis tradi flammà amoris, in diram captivitatem. Niſi extremis, ultra quę nihil, amor non quieſcit. Si cogitatur ultrà, ulteriùs ſpontè vadit. Mira in commendationem perpetrat: ſi plus eſt, coarctatur ut abſolutè perficiat. Dilecti (etiam dum ille traditus illis) erant ſub tyrannide atque catenis ſatanæ; qui illo in tempore validiſsimè expetivit ut hunc atque illud tamquam triticum cribraret. Hoccine obſequium reſtabat in ſummi amoris ſtudium. Triſtatur aliquis veſtrum? No-

1. Cor. 11. à 23.
*Hominibus traditus, & pro hominibus.*

Nolite contriſtari. Perficietur ab amore. Quod vobis traditur, etiam pro vobis tradetur: quandoquidem non fert amor libertate gaudere; remanentibus dilectis in hoſtium captivitate. *Iam non dicam vos ſervos, ſed amicos.* Amicos quia modò corpus meum vobis traditur. Non ſervos, quippe pro vobis tradetur: ac elucebit in utroque munere, & gratia & divitiæ abundantiſsimæ gratiæ.

Ioan. 15. 15.

7 Liquet, quòd Chriſtus *in finem* dilexit; ubi amoris *conſummationis* vidit *finem*. In extenſionem amoris, eius mandatum profectò latum eſt nimis: etenim ſi ſe dare illis in Euchariſtia erat amoris extremum, in obſequium dilectorum, aliquid ulterius excogitavit ſtudium. Viſuri finem poſt finem, & amorem eminentem, etiam poſt amoris conſummationem: igitur illis traditus, traditur etiam pro illis; ut conſummaretur per extrema obſequia pectoris æſtuantis flamma, cùm nihil iam eſſet, nec cogitaretur ultrà. Scrutemur quid lateat in noſtra Tautologia: *Eruens liberavit nos:* prædixit Propheta. Modò elucet, *qua libertate Chriſtus nos liberavit.* Libertas & libertas? Eſt amoris poſt ſummitatem ſummitas. Finis in hominis libertatem futurus erat per crucem: & inſtituit Euchariſtiam? Ad gratiam libertatis prævenit diſcipulis gratiam: quandoquidem ſi libertas plenè intenditur; in Sacramento illis traditur pignus amoris, eò quòd illis traditus, traderetur pro illis. Libertas additur libertati, ut conſtet exceſſus conſummationis iam perfectus ab amore; & quæ libertas à Chriſto ſervis conceſſa ex eius amoris flammâ. Dare ſervis libertatem, amor eſt: ſe pro illis in captivitatem tradi; profectò plus: & illis qui in Euchariſtia traditur, pro illis in crucem tradetur; quia non plus in ſphera amoris, quàm ſe tradere captivitati, in ſervitutem pro ſervis.

Ioan. d. Pſ. 118. 96.

*A ſe contracta captivitas, ut illis eſſet libertas.*

Iſai. 56. 15.

Galat. 4. 31.

*In cuius obſequio charitatis ſumme ſummitas.*

8 Paulus æmulatur ſtudium, de quo illuſtre habemus & inſigne teſtimonium. *Ego autem* (Corinthos alloquitur) *libentiſſimè impendam: & ſuperimpendar egoipſe pro animabus veſtris; licèt plus vos diligens, minùs diligar.* Apprimè & ſcitè Anſelmus hic ſic exponit: *Ego non ſolum theſauros: ſed & meipſum paratus ſum impendere, tanto enim affectu charitatis erga vos ego moveor; quòd non invitus, ſed libentiſsimè impendam bona: & poſt omnia, ſi opus fuerit, egoipſe ſuperimpendar, ut moriar pro ſalute animarum veſtrarum, licèt plus vos diligens, minùs diligar à vobis. Paratus mori? Perfecta eſt in illo charitas.* Sanè perfecta. Omnia dederat, ductus amore: & adhuc conſuluit gratiæ; quoniam ut eſſet charitas perfectiſsima; aliquid dedit poſt omnia. Ergo non omnia dederat. Quid ad gratiam plenam reſtabat? Omnia dederat ad charitatis officium. Omnia dederat, quæ dantur: ſed cogitavit charitatis ſublimitas, quomodò poſt omnia poſſet extendere gratias. Invenit ergo quod amor daret, etiam poſtquàm omnia dedit: igitur ut amplius libentiſsimè daret, in extremum & pleniſsimum obſequium; poſt omnia ex ingenio amoris, eis tradidit ſemetipſum. Ad quid igitur? In extremum malum mortis, ob extremam excellentiam charitatis. *Ut moriar pro ſalute animarum veſtrarum.* Hoc ſupereminentis obſequium: quaſi non ſufficeret, ſeſe illis tradere exhibitione amantis; niſi etiam morti traderet ſe pro illis.

2. Cor. 12. 15.

Anſelm.

*Traditus [illegible] morti, ne morerentur illi.*

9 Ulterius. Omnia impendit pro illorum amore; & addit *Superimpendi*: id eſt, venum ire. Animæ illorum venundatæ ſub peccato, à quo libertatem Pauli ſolicitabat dilectio: & pro animabus captivis ſatagit ſuperimpendi, & pro illis etiam in mortem tradi; ut gemitus ac vincula vincat amor, ne ſautiet aures captivorum horror: igitur ſi magnum, ſeſe illis in ſolatium dare; vel in ſuperiore amore magis inſigne, ne diras inter catenas ſubeant cruciamina mortis, ſeſe libenter venundari pro captivis. Quid, ſi periclitantur animæ. Amor profectò paratus *ſuperimpendit*; ut ex & in maiore periculo, maior cordis demonſtretur dilectio: equidem exceſſum amoris demonſtrationes probant (ut ex catenis in libertatem exeant) non ſolùm ſeſe tradere catenis; ſed ſeſe dare in redemptionem pro illis. *Superimpendi*, deficere, inſumi, expendi; quaſi hoccine obſequium blandimine amoris eſſet obſequium amanti: igitur vel multiplicatis donis, haud ceſſabit in officijs, uſque ad profuſionem ſanguinis. Exploremus in auctoritate reliqua, ut magis rutilet è Pauli pectore flamma. Paratus ſiſtit ſuperimpendi pro eis; *licet plus* (addit) *vos diligens, minùs diligar à vobis.* Quod amori communi deſervit tædio, Paulinæ charitatis præſtat præſtans faſtigoſa ac ſublimior magnitudo. Eius incendio cordis non reſpondebat indignatis redamatio. Omnia cum illis impendit, ſeſe illis tradidit: pro illis tradi etiam diſpoſuit, ſi neceſſe venum ire: ſed inventi ſunt ingrati; quia diligebatur minùs, quàm tanti amoris atque officiorum merebatur exceſſus: & dum Paulus in amore erga ingratos perſiſtit, charitatis ſublimioris magnitudinem oſtendit; quoniam inter amoris munera, maior amantis præſtantia, ut dilecti vel ingrati nanciſcantur libertatem; ſeſe tradere pro illis libenter in ſervitutem. Noſtrates floridè. *Creciò el amor favoreciendo ingratos, quando S. Pablo queria venderſe por ellos.*

*Tulit ægri gemitus compeditorū & ſe tradidit captivum.*

*Quàm eximia Pauli charitas!*



10 Non ſecùs uſuvenit diligenti nimis Ieſu in cœnaculo, dum totius præ amore flagrantis pectoris facta oſtenſio. Omnia dederat, & plus invenit quod daret poſt omnia: nimirùm ſemetipſum in Euchariſtia diſcipulis, in complementum amoris; quippe tunc vehementiùs dilexit, cùm tot pridem gratijs dilexiſſe, firmaſſet. In ſervitute degebant, daturi pœnas, cuius gravamina ſuſpendit inclyta charitas: igitur non ſolùm ſe dedit illis præſtantiâ cordis; ſed ſe tradidit pro illis, ſuſcipiens libenter ſervitutem, ut illi è catenis exuerent captivitatem: & ſimul exceſſus coruſcaret amoris, ubi vincula patiebatur pro captivis: imò acerrimam privatione vitæ paſsionem crucis, uſque ad totius profuſionem ſanguinis. Reſpondetur? A nonnullis minùs quàm diligebat, diligitur. Alij retribuebant mala pro bonis. Diſcipulorum defectura fides. Proditor perfidus dolis reſpondebat gratijs. Ingratos cognovit, ſed in amore egregiè perſeveravit, pro illiſque mori decrevit; quippe amoris eminentis ſtemma nobile, non diligi, & averſos nihilominùs diligere. Vernaculè: *No reparo para amar, en que fueſſen ingratos, porque ſe moria por ellos.*

*Stemma amoris nobile, averſos diligere, & non amari.*

11 Per ea quæ paſſus uſque in mortem crucis, innoteſcit quid pati & iurè debebant homines. Hacque amoris vehementis cogitatione adverſari crimini; ſtudijſque charitatis ingenioſæ reſpondere charitati. Quid patitur, quis patitur, pro quibus patitur & à quibus patitur? Ab illis pro quibus moritur. O ſumma charitas! Ardet in pectore cor. Non quæret quæ ſua ſunt. Vel ingratos diligit, quia numquàm excidit. Concluſionem captivitatis perfectè exponit Amos, in ſpecimen charitatis Domini N. Ieſu. Si eſt perfectio in captivitatis concluſione; poterit eſſe imperfectio vel in ipſa libertate. Unde igitur in optatæ libertatis beneficio, intereſſe poteſt & perfectio & imperfectio? Nonnumquàm captivos e ſervitute liberare addicitur perfectioni: ſed perfectior aliquando dicitur, ubi fit perfectiore charitate: igitur dum patrat cor, ultra quod nihil eſt plus; & charitas perficitur, & captivitas concluditur. Educere vinctos è catenis & miſera ſervitute, charitatis eſt inſigne; etenim datur ſubſtantia pro dilectione: ſed non perfecta libertas, quouſque exceſſum dilectionis perficiat charitas; tradendo in ſervitutem, qui captivos educit in libertatem: quod ſanè perfecit amor Chriſti, homine miſero inter catenas iacente: perfectèque captivitatem concluſit; quia ſemetipſum captivum pro captivis ultrò tradidit. Audiatur Proſper de *Provident. Dei*, à v. 518.

*Circumſtantiæ paſſionis Chriſti.*

Amos. 1. 9.

*Cur ſummæ perfectionis, eius concluſio captivitatis.*

*Infirmis fortis, Rex ſervis, dives egenis;*
*Iuſtitia iniuſtis, cedit ſapientia brutis:*
*Sacrilegis manibus percuſſus, non parat ictū*
*Reddere: nulla refert avidæ convitia linguæ.*
*Damnatur Iudex, Verbum tacet, inſpuitur lux.*
*Ipſe miniſterium ſibi pœna eſt: felque & acetum*
*Dulcius ille favis haurit: Sanctus maledictū*
*Fit crucis; & moritur Chriſtus, vivente Barabba.*

S. Proſp.

12 Hæc auſus furiosè homo ſautus in beneficum Numen; nec ſentit quem etiam inſenſibilia, furorem. *Quàm dulcis* (ait Bernard. in *Cantic.* Serm. 15. num. 5.) *Domine Ieſu cum hominibus converſatus es! Quàm abundanter multa, magna bona hominibus largitus! Quàm fortiter, tam indigna, tam aſpera & dura pro hominibus paſſus! Dura verba, duriora verbera, duriſsima ſupplicia! O duri & indurati, & obdurati filij Adam; quos non emollit tanta flamma, tanta benignitas, tam ingens ardor amoris, tam vehemens amator, qui pro vilibus ſarcinulis tam pretioſas merces expendit!* Altiſsimus deprimitur. Speciosus polluitur, nobilis dehoneſtatur, ſapiens deridetur, ipſa libertas ligatur, pietas colaphis percutitur, honor ipſe blaſphematur, ipſa veritas illuditur, bonitas vituperatur, amor odio habetur, innocentia damnatur, Dei filius crucifixitur, medicus vulneratur, ac denique vita moritur. Quid ultrà debuit facere? Fecit atque perfecit pluſquàm debuit; ut per exceſſum paſsionis, exceſſus etiam noſceretur charitatis: equidem verè amoris exceſſus, ingratos cognoſcere atque diligere ingratos, non ſolùm ſanguine toto fuſo, ſed profuſo; quippe pretium ſine pretio.

*Quanta indigna paſſus!*

Bernard.

*Quanta opprobria!*

13 *Quæ utilitas in ſanguine meo?* dicere quibat. O Domine! Ceſſet vox tua à ploratu. Eſt merces operi tuo: equidem ſi in multis quæ non utilitas ſanguinis, eſt utilitas amoris; quoniam fructus amoris & emolumentum maius, ubi effuſi ſanguinis in ingratis nullus fructus. Copioſa fuit apud illum redemptio: igitur fecit in ara crucis pretio ſanguinis, cognoſcens in profuſione nec ſpem redamationis. *Beneficiorum ſimplex ratio eſt* (ſubdit Cordubenſ. l. 4. cap. 2.) *tantum erogantur. Si reddet aliquid, lucrum*

Pſalm. 29. 10.

*Fructus amoris copioſus, ubi ex illo nullus fructus.*

Seneca.

*crum eſt. Si non reddet , damnum non eſt. Illud dedi ut darem. Nullum perit, quia qui perdit , computaverat.* En utilitas amoris, ſi nulla ſanguinis ; igitur ex ingenio eximiæ dilectionis facta effuſio , vel prævidente amore eius pretium ſine pretio. Dedit ut daret. Perivit ; cæterùm Ieſus , quia computarat , minimè perdidit : etenim gratiam plus magnificavit ; dum perituram cognovit,& nihilominùs fecit. *Non eſt magni animi* (inſit Senec. *lib.* ult. *cap.* ult. d. ) *beneficium dare & perdere : hoc eſt magni animi; perdere & dare.* ( Fusè hoccinè argumentum , *Tom.* 2. *T.* 1. *D.* 1.) expreſsitque exceſſu dilectionis in capitones ingratos, eius amorem , quamvis fugiſſet Anteros.

Idem.

14 Patuit in articulo. *Hic eſt enim ſanguis meus novi teſtamenti ; qui pro multis effundetur in remiſsionem peccatorum.* Sanguis novi teſtamenti , nimirùm amoris novi : & hic fundetur pro multis ? Quorsùm ſi gratijs reſpondebunt offenſis ? Ut conſtet amor novus , qui effundit ſanguinem etiam propter inimicos. Multi reprobi , donis ingrati , pectore putri maligni , amantis hoſtes, ac in teſtamento exleges ; qui amorem provocabunt in iram, eius deſpicientes gratiam. Pro hiſne ſanguis pretioſus dabitur? Utique , *pro multis* etiam ſanguis *effundetur* : equidem haud amoris minuit generoſitatem; favere , quamvis cognoſcat pectoris ingratitudinem. In multis ( ut quid perditio hæc, cùm durius ſaxis ſit cor?) ſanguinis ſacri præſtanti medicina , cœleſti Panaceà,remedium non conciliabitur: nihilominùs *pro multis* etiam ſanguis *effundetur*; etenim ſi ingratitudo manus dantis in beneficia conſtringit; amoris eximij manus in largiores gratias ſolvit. *Pro multis effundetur.* Non illi à pectore, ſed amor tantùm reſpicitur: & pretium ſi velint, habebunt in ſanguine; quamvis ſint ingrati, & multi. Amori congruit gratiam etiam indignis conferre. Illis , accipere aut non accipere. Non accipere , opus eſt malignitatis : benefacere egenis , proprium amoris : hicque excellit, modò tribuat ſanguinem in libertatem ; licèt noluerint protervi ex ingratitudine acceptare in remiſsionem. Præterea. Perit utique ſanguis pretioſus , pro multis cras effundendus ; in quibus erit nulla prorsùm redamatio , nulla cordis gratitudo , quamvis gratiam agnoſcant, & quia cognoſcunt, in benefactorem irruant. Pro his cruor ſacer cum lytro atque pretio perit : ſed non perit amor, quippe à gratijs non deſiſtit : & cùm priùs pectus reſpiciat amorem , quàm hoſtium ingratitudinem ; ſanguis quo mirè gratia amoris decoratur , quamvis pereat, effundetur.

Matth. 26. 28.

*Magnũ amori, cognoſcere, & ingratos diligere.*

*Invitiſque favere.*

15 Denique : *Hic eſt ſanguis , qui pro multis effundetur.* Pro multis ? Nonne pro omnibus ? Profectò pro omnibus ſingulariſsima gratia. Ut quid multorum tantum hoc in dono ſit memoria? Loquitur de illis, quibus ſanguinis in fructum omittit quibus ſanguinis pretioſi non erit pretium : & cum exceſsivi amoris non ſit ſignum,dare & perdere in gratiarum collatione , ſed perdere & dare; in reprobis perdere ſanguinem Salvator N. cognovit, & nihilominus tamen pro cunctis ſanguinem fudit. Dedit , ut daret expendit , quod potuit ; ita ut nihil ultrà poſsit cogitari in gratia : quandoquidem præ amoris exceſsiva vehementia ; corpus evacuavit ſanguine, quamvis altè præſentiret , in multis perditum iri. *Quanta autem perverſitas* ( ait Senec. d. *lib.*6. *cap.*23.) *ob hoc alicui beneficium non debere; quia etiam inficianti benignus eſt* ! Hæc malignitas ingrati, nequaquàm devenuſtas beneficij: imò decor & decus amantis , quia gratia plena decoris. Idem oſtendit ibid. *lib.* 1. *cap.* 10. *Quædam* ( inſit ) *beneficia , etiam ſi de illis malè ſperabitur, faciemus,tribuemuſque,non ſolùm ſi iudicavimus ingratos fore ; ſed ſi ſciemus fuiſſe. Etiam impendio ſanguinis.* Ingenioſius in Didaſcaliæ propoſitum , inverſo ordine : Beneficia conferenda ſcilicèt non ſolum dum ſit iudicium, *ingratos fuiſſe,ſed fore.* In præterito exitus neſciebatur: de futuro in præſenti cognoſcitur : pluſque amantis elucet gratia; futurà cognita, quam ingratitudine præteritâ : igitur non plus in amore; quàm ingratos cognoſcere, favere, & quaſi non ingratos ſummâ ad gratias dilectione proſequi. Ex gratijs diſcipulis factis cognità fide fluxà, conſtat generoſitatis excellentia. Se dedit illis ſingulari charitatis ſtudio;ſed citiùs omnes,relicto eo fugerunt, in horto.

*Pretium ſcit perdi, & nihilominùs tribuit.*

Senec.

Idem.

*Non ſuſpenditur gratia, vel ingratitudine cognitâ.*

16 Ibi in hujus amoris ſeriem , & charitatis ordinem,occurrit alius articulus; ubi à Petro in auricula percuſſus Malchus. Patientia Domini in Malcho vulnerata eſt: ægrèque tulit ictum patientiſsimus Ieſus; igitur videns vulnus , *ſanavit eum , cùm tetigiſſet auriculam eius.* Obiter nota , quod callidè omiſſus huiuſmodi ex audacia Petri tractus , dum coram impijs iudicibus accuſaretur Dominus : aſtuque de diſcipuli temeritate obſervatur ſilentium ; ne compellerentur confiteri miraculum. Servum Pontificis, quem ſauciavit Petrus, continuò ſanavit Chriſtus. Servum & malevoli atque maligni pontificis , cuius favore in Ieſum innocentem magis audacem ? Primus in Ieſum manus, ut ligaret, effrons iniecit : ideo Petrus ex audacia perculſus , animosè percuſsit. Ægræ tulit Malchus , quòd Chriſti virtute ( & ut placuit Hieronymo , *Epiſt.* 140. vultus radiante ſplendore) proſterneretur in terra,quin perficere poſſet a malitia cogitata , ut Pontifici placeret ; licet poſteà Dominus cum reliquis erexiſſet. Agnovit ingratum , ſed minimè prætermiſit beneficium : igitut ut præ cunctis audacem, & inſolentem percuſſum vidit; vulnus ſtatim ſanavit. Poteſt ultrà cogitari in gratia? Iuxta Chryſoſtomum etiam eſt aliquid ultrà. *Magna res erat* ( inſit in *Ioann.* Homil. 81) *non tantùm quòd eum curaverit ; ſed & quòd paulopòſt eſſet ab eo alapam accepturus.* Perpende modò, quò Salvatoris pervenerit dulcis dilectio. Etiam quem ingratum futurum ſciebat;ſauciatum ſanat?Utique, eximia , excellenti amoris demonſtratione. Amoris eſt , ei præſtare beneficium , quem rationis iudicium arbitratum fuiſſe ingratum : at munera iurè retrahuntur in venuſta generoſitate gratiæ ; ſi aliquomodò ingratus cognitus præcognoſcitur fore: Chriſtuſque , quem pridem ingratum expertus, à percuſsione ſanavit , etiam dum ab illo percutiendus, cognovit ; ut clareſceret ampliùs pectoris amor , ubi obcæcatione ingrati amplius graſſabatur furor : etenim nihil altius ex amantis pectore valet cogitari ( etiam expoſità pretioſà demonſtratione) quàm factam cognoſcere , atque futuram iniuriam , & ingrato nihilominus inſignem conferre gratiam.

Luc. 22. 51.

*Aſtus invidiæ.*

Verſ. 50.



Chryſoſt.

*Summa elucet gratia, cognità iniurià facta, & facienda*

17 Gratiam dedit , vel non dedit ? Dedit ſanè , cæterum quaſi non daret. Beneficium, dulce onus, ſed cui ſentit. Homo nil ex paſsione Chriſti, ut dulce intromittit in pectus ; quippequàm tantæ gratiæ non ſentit onus. De amore dixit Plautus, in *Ciſtellar.* Act. 2. ſcen. 1. v.9. *Largitur : quod dat non dat.* Et Homer. *Odyſſ.* 24. v. 260.

*Dulcedo gratiæ ſed ſentienti.*

Plaut.

Homer.

*Dona vana hæc donavit , multa præbens.*

Præ ſe feruntur dona Salvatoris , in eius pretioſi profuſione ſanguinis. Largitur pro reprobis , libenter in illorum libertatem effudit ; ſed dedit quaſi nihil dediſſet : & præbendo pretium ſine pretio , eleutherium ſine fructu ; per huius exhibitionem operis, ultrà & ultra flamma increvit charitatis: equidem ſanguinem ſine ulla illis utilitate cognovit ; veruntamenimverò pro illis averſis totum ſanguinem profudit. Prebuit generose & magnanimiter dona magna, & etiam multa ; ſed prorsùs vana , quia peritura & perdenda : etenim eius liberalitatis inſigne; perdere & dare. Non ſolùm favere quonovit , *ingratos fuiſſe*; ſed reprobos *fore*:in perditione ſanguinis collocando exceſsivi utilitatem amoris ; quippe huius ſtemma ( pro excellentiore gratia ) totum ſi ſanguinem propter reprobos à reprobis perderet; quaſi in ſalutem illorum nec guttulam effudiſſet.

*Ieſu amoris inſigne, perdere, & dare.*

18 *Sciebat enim* ( ait Evangeliſta) *quiſnam eſſet qui traderet eum.* Cur ſi alij etiam defecturi à magiſtro , ſiquidem fugerunt relicto eo ; illos expreſſo amore non notat ſed dumtaxàt proditorem ſignat ? Alij etſi defecturi , necdùm defecerant à profeſſa fide. Sciebat ; non fuiſſe ingratos , ſed fore. Sciebat de perduelli & fore & fuiſſe: in illoque collocat amoris ſtudium ; quia maius ad gratiæ amantis obſequium , ſi modo honorat, honeſtat & illi favet , quem fuiſſe ingratum , atque futurum cognoſcit : ita ductus vel ſiccine flamma amoris ; ut eum diligeret uſque ad effuſionem ſanguinis. Pro alijs defecturis ſanguinem effundebat , cæterùm eius pretium non peribat. Cunctis è collegio amantiſsimè largitur. *Hic eſt calix, novum teſtamentum in ſanguine meo , qui pro vobis fundetur.* Unus tantùm ex illis erat filius perditionis. In illo periturus pretioſus Magiſtri ſanguis : & cum huiuſmodi ſcientia ab illo confertur gratia ; quippequàm non tam magnum in amore, dare & perdere ; quàm ſciendo protерviam, perdere & dare. De cunctis ſciebat illa in nocte defecturos , alium ſic , alios verò ſic ingratos. Illa nocte tradendus trucibus inimicis , in mortem acerbiſsimam crucis : diſcipuliſque eximium amorem exponit; cùm tribulatio proxima erat, & non eſſet qui adiuvaret. Ipſa mors ſolicitudinem amoris non ſuſpenſionibus iugulat , vel ſpiritus flagrantis cordis ſuffocat ? Imò elevat : quandoquidem gratia vel in ingratos extenditur , etiam ipſa *in nocte qua* inimicis *tradebatur.* Probatio dilectionis conſtat ex exhibitione operum charitatis: & apparet in cœnaculo Ieſu non ſolùm dulcis amor , ſed excelſior ; demonſtrationibus ſolicitans corda, non tam ingrata,quàm procaciter averſa ; ut effuſione totius corporis ſanguinis, poſsit Illorum convertere converſiones. At proh dolor ! decoquitur crambe , verùm quò maior calor,maiore cordis duritie ; ubi dum videtur ita oppreſſa innocentia , & iniurijs dulcedine reſpondentia amantis viſcera ; quia rigidiora ex protervitate corda, vel emolleſcunt vel franguntur ſaxa. Ergo præ dolore , ut par eſt frangantur pectora: igitur dum tradi debuit natura humana diris

Ioann. 13. 11.

*Quantus & qualis in proditore Salvatoris amor!*

Luc. 22. 20.

*In quo eminuit?*

*Maior gratia, dum accipitur iniuria.*

1. Cor. 11. 13.

*Tantis demonſtrationibus homo ingratus*

ris æternis tormentis; de beneficijs amoris accepit duplicia pro peccati ſuis: ac per crucis innocentis cruciatus, dimiſſa eſt iniquitas illius. Vitâ, virtute, obſequijs, officijs debet qui non ingratus Chriſti reſpondere amori; ut fateatur quid eius debeat inſigniori charitati. Hæc gratia gratijs,

*Nulla quibus reddi gratia digna poteſt.*

Ovid. 1. *Triſt.* 5. v. 16.

# DIDASCALIA IV.

## *Haud animæ vigil conſulit ſaluti, qui non removetur ab occaſione peccati.*

Natura humana in delitias propa.

1 ARgumentum floret in qualibet iniquitatis materia; ſed potiſsimè relucet in luxuria, præ fragilitate humanæ labilis conditionis; & quia occaſio ſemper preceps: equidem cum ex nobis ipſis oriatur propenſio in motum; dum cognoſcitur periculum lapſus, iam ploratur præcipitium. Vitium pro natura inolevit, dum tranſgreſsione defloruit. Ratio non it, ſed quaſi ſopita trahitur; atque ſtragem agnoſcit, dum expergiſcitur. Uti fulmen eiaculatur criminis ictus: iam clades facta, ubi auditur tonitrus. Unde Euripides in *Oreſt.* à v. 976. iurè dicit:

Euripid.

*Heu, heu gentes miſeræ, lachrymarum plenæ!*
*Videte, quomodò præter opinionem*
*Adveniant ruinæ.*

Dum conditio vel invitum impellit; præter opinionem miſerè in lachrymas cadit: etenim in voluntatem ita debiliter quaſi faſcinata, prona, ut cæſpitet infeliciter vel in ipſa diligentia. *Habent hoc in ſe naturaliter blanditiæ* (infit Stoic. Cordub. *Epiſt.* 92.) *etiam cùm reijciuntur, placent: ſæpe excluſæ, noviſsimè recipiuntur.* Viſcata voluptas eſt: & cum blandiatur inſidioſè genio; vel cogitationes averſæ adhærent volando viſco, quin aliò fugere poſsint, quantumvis vellent: etenim premit fragilitatis ponderoſa levitas, quaſi in effugium ratio non haberet alas.

Voluptas viſcata. Senec.

2 Ad unguem quadrat, quod aliò cecinit Alciatus, *Emblem.* 120.

Alciat.

*Dextra tenec lapidem, manus altera ſuſtinet alas:*
*Ut me pluma levat, ſic grave mergit onus.*

En humanæ futilis conditionis ſcenam, Corpus quod corrumpitur, aggravat animam: equidem ita placet ex blanditijs quod reijcitur, & delectat occaſione quod excluditur; ut vel volando ſtudioſè in cacumina virtutis, inveniatur depreſſa inſuperabili pondere corruptionis: Unde ſi interdùm etiam cum fortibus validi? Quippe cum Venere pugna; quam iuvant transfugæ, qui nobiſcum ſocij ſunt: ceditque à ſuis oppreſſum, etiam cataſractum, cor; quia ut canit Hainovius, in *Via veritatis*, Emblem. 6.

Fragilitas conditionis monſtrat luxuriæ vires.

Hainov.

*In duro conſtans, in molli frangitur enſis.*

Fruſtrà iacitur rete ante oculos pennatorum. Alias Venus inſtruit ſpecies illecebrarum; ut aucupetur volucres, retia fugientes: igitur quas non valet retium aſtu, capit doloſè delitiarum viſco.

Senec.

*Totum per orbem maximum malum,*
*Luxuria, peſtis blanda.*

Succinit Senec. in *Octav.* v. 420. Venatur, & ſæpe voto potitur. Fugit anima quia peſtis: verùm cum Venus poſsideat auxilia fragilitatis, & illicium occaſionis; quantumvis in effugium volitet longe, hærere facit blanditiarum glutine.

3 Priſcorum cogitatio viguit acumine: Metanaam collocantium cum occaſione. Adi Politian. *Miſcelan.* cap. 49. Gyrald. *Syntagm.* 1. n. 90. Eraſm. *Chiliad.* 1. *Centur.* 7. n. 7. Unde Auſon. *Epigram.* 12.

Imago Occaſionis.

Auſon.

*Quæ tibi iuncta comes? Dic rogo quæ ſis?*
*Nempè ut pœniteas. ſic Metanœa vocor.*

Occaſio lubrica.

*Metamœa*, Græcè ſonat Pœnitentiam, ſeu cordolium: conſtatque ingenioſum ſymbolum; ut caveat à ſtrophis Veneris, illecebrarum blanditijs, qui ſtultè nititur baculo arundineo carnis: igitur nemo eſt, qui occaſioni accedat, quin habeat de quo pœniteat. De Petro ſtante in Caiphæ domo interiore dicitur: *Egreſſus forás flevit amarè.* Unde lachrymæ? A criminis occaſione. Quaſi amore in obſequium ductus, in palatium eſt ingreſſus; fides amici ut luceret, ubi periculum urget, valido pectore, occaſionis lubricitate præcipiti: ſed illum fefellit vanà confidentià pectus; quia neſcivit, quid eſſet homo in occaſione poſitus. Sequens à longè, ſecurus erat. *Sequebatur uſque in atrium Principis Sacerdotum.* Ibi ne ingrederetur, oſtium clauſum. Unde *Petrus ſtabat ad oſtium foris.* Ioann. 18. 16. Ancilla introduxit. Introductus Magiſtrum negavit: & qui hilariter ingreſſus, egreſſus amarè flevit; quippequàm habet, quod lachrymetur amarè, quiſquis incautus occaſione virtutis acceſſerit occaſioni. Egreſſus foràs liqueſcit in lachrymas. Si interiùs negavit Magiſtrum; quidni ibi reſipiens, compunctus incepit fletum? Erat in eademipſa occaſione fragilitas, quæ impulit intima cor-

Matth. 26. 75.

Verſ. 58.

Perit, qui occaſionem ambit.

dis



dis in lachrymas: & quouſque quæſitam occaſionem reliquit; minimè lapſum neque leviter flevit. Flevit foràs & amarè. Flevit, ob crimen: amarè, ob fiduciæ vanitatem: etenim ubi ex occaſione cordi fragili virtutis videbatur ſtudium; ſine virtute in fletum invenit lapſum.

Ibid.

4 Perſcrutemur articulum. *Petrus ſequebatur uſque in atrium Pontificis Sacerdotum, & ingreſſus intrò ſedebat cum miniſtris, ut videret finem.* Sæpe curioſitas deſinit in lachrymas. Sic erat, & ſic ſtabat. Verùm Antilogia occurrit. *Petrus* (ſubditur) *ſedebat foris in atrio.* Quomodò ſi *ingreſſus intrò?* Introrsùm fuiſſe, patet; quia egreſſus foràs ut fleret. Iam ancilla in periculum, introduxerat Petrum. Unde ergo ſi Petrus cum miniſtris in atrio, degebat intrò? Quoniam non diſtant & peccatum, & peccati periculum: igitur cum occaſioni acceſsiſſet, quæ lapſum obtulit, & in crimen impulit; erat foràs, & ſimul extrà ianuas. Foris & intùs. Foris corpore intùs mente: intrà ipſam occaſionem criminis; quippe cautè non fugerat periculum occaſionis: habuitque de quo amarè pœniteret; quoniam præcipitium lapſus in occaſione quæſivit.

Verſ. 69.

Qui illi ſe exponit, cordolium quærit.

Plaut.

*Qui apud carbones aſsident, ſemper calent.*

Ut ait Plaut. in *Rudent.* Act. 2. ſcen. 6. v. 48. Petrus calefaciebat ſe in atrio cum miniſtris, proximus lubricitati occaſionis: refrixitque interna pectoris charitas; quippe occaſione abundavit iniquitas. Obiter nota, Petrum ab ancilla introductum in palatium, ut cupiebat, atque enixim optabat: ibique illam Petro dixiſſe: Numquid eſſet ex Salvatoris diſcipulis? Hæc *ancilla oſtiaria.* Aliter apud Matth. dicentem: *Petrus ſedebat foris in atrio, & acceſsit ad eum una ancilla.* Hæc occaſio Petri lapſus. Si Petrus intrò iam fuerat ingreſſus, & illa in donum recepit; quomodò in atrium ad recedentem exivit? Ut fugiat homo occaſionis periculum, ſuæ conſcius fragilitatis; propter grave periculum occaſionis. Petrum in ancilla occaſionem quæſivit: in atrium rubore ductus receſsit: & illa ad illum exivit; quippequàm vel recedentem occaſio quærit in crimen, qui quæſivit imprudenter criminis occaſionem.

Ioã. 18. 17.

Matth. d.

Qui quæſitam occaſionem fugerit, in fuga quæritur ab occaſione.

5 Denique. Cum Petrus domi eſſet, Magiſtrum ancillæ interroganti negavit. Inde ſuffuſus receſsit, in atrium exivit; pòſt, inde diſceſsit extrà atrium. *Exeunte illo ianuam.* ait Matthæus. Marcus verò: *Cùm eſſet in atrio: & exijt foràs ante atrium.* Sit ergo. Si iam exierat foràs, & cognita fuit fragilitas; cur dicitur, quòd foràs exivit, ut amarè criminis lapſum ploraret? In eis cæcitas communis, qui in occaſionem neſciunt technas occaſionis (cum in illa Petrus perculſus negaret, contra quod ipſe cognovit) perſiſtentes cæcà mente, quaſi nil eſſet periculi; quaſi ex corpore libertas, & nulla animi captivitas; in quo maior dolus & error mentis, quin ambages agnoſcantur erroris: Petruſque cum foràs eſſet, dicitur quòd foràs in ploratum exivit; ut ſignetur quomodò fugienda occaſio, & ſit vera tranſgreſsionis pœnitudo: quandoquidem fallentibus illecebris, quaſi in intima non pervenerint cordis; eſt magis & hæret in criminum occaſione, quùm illi videtur è periculis egredi. Nonnulli arbitrantur eſſe Soles, quos nec maculat lutum, & habent in cœlo thronum; quò nec pervenit ſagitta, nec volant iacula, uti Olympus conturbationis immunes, ut marè mortuum tempeſtatis expertes. *Magnum & ſummum eſt Deorumque vicinum; non concuti*: ait Senec. de *Tranquill. Animi*, cap. 2. Magna pars hominum reſtat, quæ navigatura de tempeſtate non cogitat: atque tempeſtas demergit, quia ſine procella aliquando navigavit.

Math. d. v. 71.

Marc 14. v. 66. & 68.

Ira dolus ab occaſione; ut cor introrsùm, dũ videtur egredi.

Senec.

*Cuivis poteſt accidere, quod cuiquam poteſt.*

P. Syr. in *Mimis* v. 87.

Vanitas fiduciæ in occaſione peccati.

Seſe arbitrantur alterius conditionis, obliti fragilitatis: & dum foràs cogitantur egreſsi, hærent maiori occaſioni; qua nil agunt niſi cedere, quippe in illa inveniuntur ſine virtute.

6 Gazam, hoſtium urbem ingredi auſus eſt Samſon, quin formidaret ingreſſum, vallatus luxurià, & indignatione hoſtium, qui cladibus crebrò perciti, eius inhiabant avidiſsimè ſanguini. *Abijt* ergo *in Gazam*, Abulenſ. hìc *quæſt.* 2. vocat *Ingentem amentiam.* Amentia fuit? Næ. *Putavit* (ſubdit) *quòd Philiſthijm non cognoſcerent divertiſſe ad meretricem.* Ferè luxurioſis eiuſmodi glaucoma: reliquos arbitrantur habere velata lumina: quod non ſolùm deſipientia, ſed magnà, & ingens vecordia: igitur cum illi præ affectu laborent cæcitate, & ſepiùs obcæcatione; qui clarè vident præcogitant cæcos eſſe. His accidit, quod cuidam fatuę, ſervæ Senecæ; de qua nos alibi, & ipſe refert, *Epiſt.* 50. *Hæc fatua* (infit) *ſubitò deſit videre. Neſcit eſſe cæcam: ait domum tenebroſam eſſe.* Fatuitas & inſania eſt, quę paſſiones peccatorum, & pravitas voluptatum: equidem cum Venus in triumphum deturbet cerebrum, atque faſcinet iudicium; eò devenit luxurioſus mentis impos, ut cæcitate alios arbitretur eſſe cæcos. Periculum tunc Samſon evaſit, quia in peccato non dormivit: ſed affectione pravà reſervavit

Iudic. 16. 1.

Abulẽſ.

Cæci luxurioſi alios arbitrãtur cæcos eſſe.

Senec.

Dum pectus tunditur aũ quando læditur.



trium-

triumphum. In inſidiantium trophæum : etenim haud mirùm, quòd aliquando cadat, qui toties cæſpitat. De fermio athleta accinit Lautent. Hæchtan. in *Microcoſm.* Emblem.60.

*Incudi potuit nudum ſupponere pectus,*
Hæcht.
*Qua ſuper admiſit cudere ſæpe viros.*
*Attamen hoc illi vitio datur : ipſe periclo,*
*Dum ſeſe nulla cum ratione dedit:*
*Nā quiſquis diſcrimē amat, perdetur in illo.*

Reſtitit ſæpe valens, & corruit qui ſæpe reſtitit; quippe non ita validum pectus, ſicut occaſionis ictus.

*Rara quidem eſt virtus, quam non fortuna gubernet:*
Ovid.5. Triſt.15 v.29.
*Quæque maneat ſtabili, dum fugit illa, pede.*

Occaſio in gloriam, erat periculi occaſio: ſed tandem tandem victoria ceſsit periculo; quoniam fortiore occaſione, virtus ad pugnam inventa ſine virtute.

*Imago occaſionis.*

7 Ut vidimus, illotunc Samſon è periculo evaſit, & cum occaſione ſine diſcrimine luſit; verùm perſtitit moliminibus, quouſque vinceretur virtus. Occaſio picta cum novacula.

Alciat. d.
*In dextra tenuis novacula. Acutum.*
*Omni acie hoc ſignum.*

Poſita ergo novacula occaſionis in manu Dalilæ; ubi Samſon apparuit raſo crine. Si crines, ſeu capillorum ornatus cogitationes ſignat, & in capillis Samſon virtutem habebat; patet induſtria ac vafrities in circumventione Veneris, dum fœmina ſecat cogitationes virtutis. Secantur capilli occaſionis novaculà ſenſim, quin ſentiat patiens defeciſſe virtutem; ſeſe cogitans validum, ubi nil virium : igitur quouſque tempus accedat certaminis, non cognoſcit quid fecerit novacula in manibus occaſionis. Ita accidit infelici Samſoni, imminente diſcrimine. Dormit ſicut pridem incautus, quaſi in pugnam eſſet virtus. Expergiſcitur, dixitque in animo ſuo: *Egrediar ſicut antè feci, & me excutiam.* Quamvis expergiſcitur, de victoria fallitur. Si prævalet Dei virtute, cadet profectò hominis fragilitate. *Sicut antè.* Cadit mente. Sine ulla reſiſtentia vana præſumptio vincetur, dum ſine virtute in occaſione ponitur. *Sicut ante.* Haud expers vivit periculi, imò imminet maius, dum in occaſione ſibi videtur ſecurus : equidem malè arbitratur poſſe vitare occaſionem; quùm malè iudicat habere virtutem. *Egrediar, ſicut ante feci, & me excutiam.* Illuditur cogitatione. Non hoc tempus, ſicut ante. Nequit ſe excutere, qui nequit ex occaſione periculi egredi. Occaſio

Verſ.20

*In occaſione virtutis fiducia, mera arrogantia*

——— *Sic exhortata reliquit*
*Incertum, & triſti turbatum vulnere mentis.*
Virg.12 Æneid. v.159.

Ex mentis vulnere inextricabile ſerpebat periculum; igitur non cognoſcebat imminens è proximo damnum; cùm videretur ſibi, vincere iurè poſſe, & etiam egredi : quo multi præcipites corrunt, neque ex præcipitio ſurgunt : igitur acrius inveniunt vafræ occaſionis diſcrimen, dum viſum illis nullam adeſſe occaſionem.

*Occaſio peior, ſi non cognoſcitur.*

Iſai.36. 15.

8 *Eruens liberabit* : dicit noſtra Tautologia. Eſt ne differentia? & magna, dum ad inſidias Veneris pro vera libertate non fit fuga. Fallax eſt, fragile cor, quod manet in ſervitute, dum ſibi videtur erui : igitur nullam habet libertatem, ni in blanditiarum embolium fugerit occaſionem. In honorem Lætitiæ Deæ, quæ voluptatum, Romæ ſacra fiebant, quæ dicebantur *Fugalia.* Iurè dicit Auguſtin.2. *Civit.*cap. 6. *Fugalia celebrabantur, effusà omni licentià turpitudinum : & verè Fugalia, ſed pudoris & honeſtatis.* De Fugalijs Bacchi, dicemus, *T.*14. *D.*5.*n.*1. de utriuſque in *Ephemer.*17.&25. *Mart.* & 4. *Iun.* Hæc feſta Veneri ſacra, fugaliaque dicta; ipſis paganis veneno ſignantibus alexipharmaca : equidem in Veneris ſacris (quæ ſub lætitiæ velamine blanda peſtis) ne detur occaſio in virulenta toxica, fuga corporis eſt unica medicina. A dæmone arripiebatur Saul, cuius turbulentos impetus cytharà temperabat ſcitiſsimè David. *Tenebat Saul lanceam*, uti ferrum in manu furioſi, ex quo ſemper quid periculi. Unde P. Syrus d.n.166. & 226. inquit:

*Quæ fugalia, & cuius in honorem*

Auguſt.

1. Reg. 18. 10.

*Cavendi nulla eſt dimittenda occaſio,*
*Ubi cum poteſtate habitat iracundia.*
P. Syr. Verſ.10

In medicum poſſeſſus à dæmone lanceam torſit; *putans quòd configere poſſe David cum pariete : & declinavit David à facie eius ſecundò.* Hugo hìc ſubdit : *Putans configere cum pariete: ideſt, iuſtum ad carnis illecebras.* Haud reſiſtit; Si reſiſteret transfoſſus caderet. Erat lancea Veneris ſpiculo voluptatis, ut eius potentià iuſtus configeretur delicijs. Erat articulus anceps. Nequibat per ſe tantæ poteſtati prævalere : neceſſarium, declinare, vel ſuffodi ſcopum vulneri: & ne pateretur ictu valido vulnus; bellatrici potenter ſubtraxit corpus. Vernaculè: *Para vencer en la ocaſion de la lid, hurtò el cuerpo à la ocaſion.* Facies Veneris pulchrior in fœminæ formam : allicit, illicit ut vulneret, quippe habet lanceam, & adinſtar pili Ionathæ, intinctam melle. Quid facies, facies Veneris ſi veneris ante? Fuge, ne vulnereris, dum in vulnera lactaris. Sunt doloſæ eius blanditiæ : Davitque declinavit à facie; quip-

Hugo.

*In veneris vulnera, fuga tantùm medicina.*



quippequàm ſi ante faciem ſtaret, transfoſſus mortem pulchritudine inveniret.

Hebr.
Rupert.

9 Pende. *Declinavit à facie eius ſecundò.* Quid eſt *Secundò*? Pridem fecerat? Nullo modò. Quorsùm igitur ſignatur *ſecundò*? Explicat Hebr. *Duobus ictibus*: & Rupert.2. in 1. *Reg.* cap.7. *Bis eodem tempore Davidem petitij.* Obijcitur Veneris dolus: ne falleret vulnus, repetijt ictus. Secundò petijt, & ſecundò David intentionem eluxit. Quomodò ſecundò? Et declinando & fugiendo; ut diſcant homines, quomodò vincant in conflictu huius certaminis. Si ſemel adoritur, ut figat pulchritudinis cuſpidem; petitus declinet faciem. Si iteratò ictibus inſtat, penitùs fugiat; quippe artis eſt, non timoris fuga Veneris : igitur ne fraude illecebrarum pectus transfodiat; non ſat ictus declinare, ni faciem fugiat. Principali propoſito reſpondeamus. Declinavit & fugit. Utrumque fecit. Sed cur utrumque? Quia multi fugientes vulnerantur à Venere. Illis videtur poſſe facilè ſuperare ludibria, cum mera ſint verba & aulica. Non declinant faciem, nec urbanitatis occaſionem; quaſi ſine veneno viderent aſpidem: ictuſque perpetiuntur ſuffoſsi cuſpide; quippe vel fugientes permanent in vulnerum occaſione. Vita ſimul reproborum exponitur (nota obiter) & labor eorum, à quibus dæmon expellitur. Placet illis eiuſmodi ſocietas, ut ſine freno pervagetur iniquitas; quin ullus tutò poſsit ad illos accedere, ſine vulneris diſcrimine : equidem inſolentis poteſtatis patietur telum; modò conetur removere dæmonium. In ſolio ſedem uti Saul fœminarum ſpecioſitas, quæ ad manum retinet lanceas, oſtendens pulchram faciem, ſed quærens in vulnus mortiferum occaſionem: quam oportet non ſolùm declinare, ſed & fugere; ne noceat facie : equidem quod videtur pulchritudinis philtrum, eſt vibrans tela Venus impulſu dæmonum. Unde occaſionis leviſsimo motu,

*Fugere tunc, eſt artis, nō timoris.*

*Ægrè ferunt improbi, à dæmone liberari.*

*Occaſio non ſolū declinanda, ſed effugiēda*

Mirand
*Multa paſſurus violenti dæmonis aſtu.*

Pythag.

10 Videat ergo qui fugit, an Venerem fugiendo declinet; quippe nonnulli infatuati, dum apparenter declinant, propius occaſioni accelerant. *Cùm profectus fueris, ne redeas* : ait Pythagoras, in *Symbol.* Quem ſecutus Plautus in *Pœnul.* Act. 5. ſcen. 4. v.67. ſuccinit: *Ite, ſi itis.* Unde Euripid. in *Medea*, v.729. *Diſcedens effer pedem. Inculpabilis eris. Erunt, & ita fiem.* Non eunt, qui eunt; & proficiſcentes forſitan revertuntur? Planè, & miſerè, quia occaſionem fugientes, ſunt in ampliore occaſione.

Plaut.
Euripid

*Si tamen exibis, amor revocabit amica:*
*Cùm ſemel exieris, non ſatis eſſe putes*
*Diſcedere::properaris mente reverti.*
Ovid.1. Remed. à v.242.

Occaſio tunc corde fertur, non relinquitur. Diſcedens effert pedem, ſed non deſerit cupidinem; quoniam fuga non deſeritur, ni ex animo penitùs excutiatur: perperamque fugiens fugit occaſionem ſequentem, qui ſecum portat vulneris occaſionem. Vulnus in antiquum redit malè ſana cicatrix: patetque pectoris plaga, dum adeſt ſagittatus vel in fuga. *Occaſio* (ut refert Chartar. pagin. 317.) *pingebatur in rota, pedibus alatis.* Inter Scythas colebatur *ſine pedibus.* Ibid. & apud Curtium in *Alexandr. hiſtor.* lib.7. cap.8. Sine pedibus, cum illis alatis & in rota? Sanequàm. Demonſtratur diſtincto, oppoſito articulo; quid fiat in fuga & non fuga rotans occaſio. Quando fugientem ſequatur, & fuga præcipitetur : equidem ſi fuga ex animo fiat, occaſio cadendo volat : verùm ſi fuga apparenter velamine fingitur; minimè cadit, ſed fugientem ſequitur. Comes occaſio eſt, reſpicit cor. Comitatur,

*Quando fugientis non fuga*

Chartar

*Occaſio ſine pedibus, pennata, & in rota.*

*Sequiturque ſequentem.*
Virgil. d.11. v. 695.

Quippe illum ſequitur, qui ſequitur occaſionem. Alio colore. Occaſio rotat, modò qui viderit, fugiat. Haud ſubſiſtere tūc quit, quia ſine pedibus eſt. Si corpore petitus fugit, & pectore manet, ut ſequatur ſequentem pennas reſumit; ſed ille prorsùm infelix, qui accedit fugiens : equidem ut vulneretur accedit ad occaſionem; quam fugà carptà miſit à rota præcipitem. Vigilantiùs Noſtrates : *Laſtima es, que la buelva a ſeguir; el que huyendo la ocaſion, la havia echado à rodar.*

*Qui ſiſtit fugæ pœnites, dū carpit.*

Ambroſ

11 *Ipſi nobis vincula nectimus* (infit 1. de *Pœnitentia*, cap.14. Ambroſius) *Ipſi nobis tendimus retia; quibus involvimur & implicamur* (obviam vel fugiendo incendium, venit occaſio; quia adinſtar uxoris Lot, reſpicimus retrò) *Tranſeamus ignem: tranſeamus aquam.* Quamnam aquam atque incendium tranſituri, ne involvamur fallaci occaſionis rete; ut poſsimus dicere per fugæ bellatricis induſtriam, *Tranſivimus per ignem & aquam.* Aquà, uti frigida, fuga Veneris figuratur; quppe eius ignis fugà profectò ſopitur : iungiturque ignis & aqua; ut in Venerem conſtet occaſio doloſè lubrica : etenim erupit in voraces cordis flammas, quæ primo obtutu videbatur frigiditas. Dialecto noſtrà: *Encendiò en los corazones llama, lo que parecia meramente friolera.* Viſus eſt aliquando huiuſmodi articulus, ne incautè hominum dormitet animus. Priapus laſciviæ vel apud Ethnicos di-

Pſal.65. 11.

*Incendiū luxuriæ ex futili fomite.*

*Summa morum corruptela, ubi adoratur luxuria.*

dicebatur imago, cuius etiam in Iſraël introducta ſupeſtitiosè religio. Adorabant eius idolum, inſanum ſequentes ritum; quaſi dementiæ non ſatis, luxuriam ſequi, & à Venere duci, & miſerè vivant. Summum amentiæ & irrevocabilis lapſus, ubi luxuriam adorant. Aſa percitus zelo legis, ſuæ compeſcuit adorationem auctoratam Genitricis. *Amovit, ne eſſet princeps in ſacris Priapi, & in luco eius, quem conſecraverat, & confregit ſimulacrum turpiſsimum, & combuſit in torrente Cedron.* Poſtquàm ſimulacrum confregit & comminuit, in torrentem proiecit. Unde ergo, & quomodò in torrente combuſit? In *Tradition. Hebræor. in Paralipom.* Hieronym. dubium ſolvit. *Aiunt* (ait) *comminuiſſe iſtud, & clam voluiſſe proijcere, quod Dominus ut patefaceret; in torrente Cedron ex aqua ignis proceſsit.* Ex aqua prodit ignis, quia inflammatur etiam aqua (& laſciviæ obſequitur contraria materia) in expreſsionem facilis conceptionis. Flammarum, ſine ſuſpitione cordium, faces miniſtrante Venere, in iocos at ludicra occaſione vigili: quæ ita in pectoribus vorax, quærens regna per undas, ut ex aqua fiant incendia, & excitetur in ſtragem avida flamma: quandoquidem flatibus occaſionis concepto Veneris igne; fomitem ſumit ad noxam ex ſumma frigiditatate. Hinc David vocat Venerem *Aquam intolerabilem.* Eius æſtu fervet cor. Ignis ex igne, tolerabile eſt: verum vincitur patientia, ſi oritur ignis ex aqua. Iccircò fictum, Venerem in æquore habuiſſe ortum. Horat. *Carm.* Od.3. v.17. *Marina Venus.*

3. Reg. 15.13. *Idolum Priapi.*

Hyeron

*Cur flamma Veneris, aqua dicatur intolerabilis?*

Pſ. 123. 5.

12 Elucet in occaſionis inſidijs, haud eligere valere contraria flumina flammis. *Nives calidas*: inquit Raviſ. Text. *Comæd. Moria*, v.96. Haud frenat candor, dum graſſatur huiuſmodi furor: equidem quid & quantum dominabitur cordi, dum exardeſcit in igne? Levis materia & contraria, ſed fiet ignea. Aqua, vel nix convertetur in fornacem: quælibet materia ſufficit in fomitem.

Raviſ. Text.

*Vel quæ ceciderant, tela reſumit amor.*

Ovid d. v.116.

Inquiritur cuiuſnam figuræ erat præfatum ſimulacrum laſciviæ. Maluend. d. ex Hebræis aſſerit, totum ad iocum, *quaſi eſſet idolum deformitate mirandum, quod riſum ſpectantibus præberet.* Quamplures flent, quod riſerunt; dum occaſionem fallacem, occaſionem neutiquàm iudicarunt! Uſsit pectus, quod videbatur ludus. Adeſt incautis dulcibus inſidijs. Virus latet. Inter iocos vincula & vulnera miſcet: corque Etnæ adinſtar, eius patitur incendium; quod ſumptum videbatur frigiditate per iocum. Ov.7. *Metam.* Fab. ult.

*Imago Priapi ridicula.*

Malued

*Patet vulnus, quod videbatur iocus.*

*Credula res amor eſt: ſubito collapſa dolore,*
*Tempore ſe miſeram, ſe fati dixit iniqui;*
*Deque fide quæſta eſt.*

Ovid.

Hinc David periculo cautus, eiuſque percuſſum cor, dicit Numini: *Viam iniquitatis amove à me.* In Veneris inſidijs ac dolis, *odivi omnem viam iniquitatis*: v. 104. Quare de via iniquitatis cavet, quaſi iniquitatem non timeret? Via occaſio criminis eſt: & de via ad crimen tremiſcit pavidum cor; quia ita formidat imbellem fragilitatem, quaſi in crimen incideret, ſi videret occaſionem. In lubrico eſt iter, potiſſimè quando carpitur fidenter: ut timeat homo, quid in periculo poſsit facere caro: equidem quid non faciet dum ambitu inquiritur; ſi ſupplantat, dum calcatur? Iniquitas & via. Eſt altè utriuſque amica concordia, ut cognoſcatur an vera vel falſa cordis converſio; etiam dum cordis demonſtratur compunctio: igitur permanet in eo crimen iniquitatis; ni removeatur ab itinere occaſionis. Pende dolum & periculum. *Odivi.* (ſubdit) *omnem viam iniquitatis.* Ad iniquitatem ſunt multæ viæ. Sanè, ſed non ut viæ ad iniquitatem cognitæ. Occaſio eſt via iniquitatis, & ita etiam ab errante percipitur. Eſt alia via, in qua occaſio iniquitatis ut occaſio non cognoſcitur, aſtu Veneris; quæ nonnumquàm in vulnus utitur iocis: & dum habet in facie duplicem fraudem, David iniquitatis viam odit & omnem; quippe oſtium cautiſsimè recludendum criminum occaſioni, ſed maximè occaſioni, quæ iudicatur occaſionem non eſſe. Monet qui ſuprà Profanus.

Pſ. 118. 29.

*Portam aperit crimini, qui non adſatur occaſioni.*

*Plaris læſio, modo non cognoſcatur ut occaſio*

*Et malim taceas, quàm te deciſſe loquaris:*
*Qui multis nimium, non amo, dicit, amat.*

Ovid.

13 Diſcrimen ſignat David inter verum falsumve dolorem; cordis veram, & tantum apparentem pœnitudinem. *Dolor meus* (ait) *in conſpectu meo ſemper.* De quo dolor? De Veneris tricis, ac vulneris voluptate? Ibi dum pectora imprudenter ſtudent, dolor & voluptas invicem cedunt; quippe mel torſicum, vel ſacarum felleum; de quo fusè Anacreon, *Carm.*45. Plaut. *Ciſtellar.* Act. 1. ſcen. 1. v. 70. & Claud. Minos in Alciat. *Emblem.*111. & 112. Eſt dolor, ſi criminis pœnitudo: atque ſemper in conſpectu, ſi fugit occaſio: equidem hac excuſsà, & à pectore remotà, vulneris quod ambivit ut dulcedinem, dumtaxàt videt dolorem. Haud dolor criminis in dolore videtur, ni occaſio doloris in dolore deferatur; quia dolor dulcis vel ex acerbitate voluptatis; quouſque amandetur occaſio: tuncque vera cordis exponitur pœnitudo; quippequàm in conſpectu non habetur imago Veneris, ſed ex Venere tantum imago doloris. In Scriptura quædam exprimitur differentia inter tenentes infirmitates, & ab infirmitatibus retentos. Primum, *Actor.*28. 9. Secundum, *Luc.* 4. à 38. 13. 12. & Ioan. 5. 4. Literaliter idem eſt, per Hypallagen, de qua ſæpe egimus, & uti eiuſmodi argumenti, *Tom.*7. *T.*4. *D.*5. *à n.* 5. In tropologia debet notari ex vocibus differentia. Voluntatem in retentionem arguit, qui ultrò infirmitatem tenet. Qui tenetur, non quæſivit, ſed ad illum invitum occurrens venit. Infirmitas animæ dicitur & meritò, in eius ruinam occaſio. Dum venit, multoties non poteſt fugi. Dum quæritur, neceſſarium ægrotare. Nonnulli dicunt non tenere; ſed veniſſe infirmitatem, minimè cognoſcentes occaſionem ſimptomatis, ut occaſionem; in quo maius periculum ægrotantium: igitur occaſionem ægritudinum tenent, & infirmantur, quaſi ab infirmitate tenerentur; quippequàm ni voluntariè tenerent (ne infirmarentur) infirmitates dimitterent. Hæccine occaſio non cognita, generat putrida vulnera. Vulnera iam impacta ab occaſione criminis: putreſcunt ob defectum cognitionis. Corruptæ ſunt cicatrices à facie pravà inſipientiæ: & data cœlitùs dubitatur de ſalute; quoniam ſiccine ulceris expellere toxicum, debet haberi ſingulare miraculum.

Pſal. 37. 18. *Per dolorem voluptatis patet acerbitas.*

*Unde ex eius fuga conſtet falſa, aut vera pœnitentia;*



Act. 28. 9.

*Hypallage.*

*Deterius infirmantur, qui languent, quaſi ab infirmitate tenerentur.*

14 Ulcus internum, qua, de cauſa lethale, in valetudinem irruit Ezechiæ; quo profectò mancipatus morti. Miſertus Dominus, quippe ploranti exoſa vulneris mors; dixit illi per Evangelicum Vatem: *Ecce ſanavi te.* Tunc virus vomicæ foras erupit. Haud ſecùs in plorante peccatore ſalus patet; igitur non ſat lachrymari in vulneris ſanitatem; ni pus foris erumpat per confeſsionem. *Ecce ſanavi te.* Ideſt ſtatim, modò non niſi à divino medico; repentè eripi è tanto lethali ac urgente periculo. *Ecce ſanavi te.* Illo ergo in articulo, cum allata eſſet maſſa ficorum, *& poſuiſſent ſuper ulcus, curatus eſt.* Occurrit grave argumentum. Iam dictum *Ecce ſanavi te.* Iam *Curatus eſt.* Si ſanus factus, & citra humorem vulnus; unde *dixerat, quòd erit ſignum, quia Dominus me ſanabit*? Erat ſaluti integrè reſtitutus, vel deplorandus? Si adhuc in periculo, unde efficax verbi Dei medicamentum? Si valet, quare ſanus ſanitatis quærit ſignum? Ex appoſito caricarum remedio. *Utitur Deus Propheta ut medico* (inquit Caietan.) *inſpirando, ut caricas adhibeat loco ægritudinis; ut per hoc Ezechias magis incitetur ad petendum ſignum.* Ergo vel dum ſanitatem poſsidet, ambigit. Atqueadmòdum. Maſſa ficorum vulnera non ſanat, ſed exulcerat, atque nimis exacerbat. Adi Lyran. Maluenda, Sanctium, & Valleſium, qui ex profeſſo agit, *Sacr. philoſoph.* cap.39. Quid mirum, ſi ſanitate gaudenti ſignum pro ſalute exoptetur, dum ſiccine cataplaſma medicatur? Si vulnera remedijs exulcerantur? Si ulcera per pharmacum magis ſerpunt? Vulnus exacerbatum erat in mortem maius periculum; quippe ulcus occaſio mortis: & in ipſo beneficio collatæ ſalutis, ſolicitè ſignum exoptat de ſanitate; quoniam erat medicamine in ampliore diſcriminis occaſione.

4.Reg. 20. 5.

*Ore confeſsio ſit ad ſalutem.*

Verſ. 7.

Verſ. 8.

Caietan

*Dubitatur de ſalute, ubi maiora vulnera ex illorum medicamine.*

15 Perſpicuiùs delicabit inſtitutum Didaſcaliæ. Fuga profectò eſt medicamen in ulcera Veneris. Unde Plautus in *Perſa*, Act. 2. ſcen.3. v.16. ait:

*Virtus eſt, ubi occaſio admonet, deſpicere.*

Plaut.

In ſagittas, imò in vulnera apponitur medicina. Sàlus utique facta: at cum fictè fugiat pectus, fit maius ulcus: iurèque in ſanitate ſanitatis quæritur ſignum; quia in medicina latet maius venenum. Quando in occaſione mortis animæ; nullus locus exhibetur medicinæ: & ſignum ſalutis petitur, ubi vulnus fugà quamprimùm ſanatur; quoniam actiùs exponitur mortis periculo, ubi vulnus extenditur, quippe maior occaſio. Non eſt vulnerum remedium, ubi prompta occaſio vulnerum: quandoquidem ſi medicina fuga; dum vulnera enixim fugiant, magis & intimiùs mortem uſque vulnerantur.

*Non vulnerum remedium ubi prompta occaſio vulnerum.*

*Et qui expectavit vulnera, vulnus habet.*

Ovid. d. 1. v. 168

Pende tò *Quod erit ſignum quia Dominus me ſanabit. Dominus* dicit, ubi vulnus plus medicamine ſerpit. Erat (aperto extenſiore vulnere) in ampliore mortis occaſione: & ſignat Dominum, quoniam totum miraculum. *Dominus ſanabit.* Medicamine appoſito, ſanitatis ſignum erit portentum: etenim dumtaxàt Divinitatis inſigne; hominem ſanare in ipſa & maiore occaſione peccati. Neceſſaria prorſum omnis energicè virtus Dei; ut ſaucius ſiccine averſus, deſuper punctus convertatur ad cor.

*Dei inſigne, hominem ſanare in occaſione peccati.*

16 Quomodò ritè converſio fiat, ut ſanitas animæ reſtituatur, ab ipſo Ezechia, fracto ſerpente, docetur. Serpentem æneum in ſalutem percuſſorum à ſerpentibus ignitis, iuſſu Dei in deſerto erexit. Moyſes; quam filij Iſraël in Chanaàm tulerunt ſecum, tanti beneficij monimentum eximium: at ſicut Numen ex veneno efformat alexipharmacum

pharmacum; diabolus ex medicina elicit aſtu venenum. Unde contigit ut cum in illo ſignum ſanitatis haberent, uti Numen ſacrilegi capitones adorarent. Ezechias ut occurreret ſcandalo, & iam inolito; *Confregit ſerpentem æneum, quem fecerat Moyſes: ſiquidem uſque ad illud tempus filij Iſrael adolebant ei incenſum: vocavitque nomen eius Noheſtan.* Ideſt, *Nihil*, vel *Serpentulum.* Nihiloſecius ut homo redeat frugi, debet fieri cum Veneris pulchritudinis ac deliciarum imagine: minimè ſanè adoleret incenſum, modò rationis obſervaretur iudicium: equidem dum plaudunt ſerpentis formam, & inſignem venuſtatem; queunt cogitare adorare ſerpentem. Omnes, ſerpentes & fugiunt & fugant. Infatuati, quaſi faſcino adorant, promptâ in malitiam natura; quippequàm placet adorare venena. Serpens erat, & tunc virulentus, ubi cultus: Ezechiaſque confringendo tulit cultum, ne per adorationem, uti ſerpens iacularetur venenum. Confregit, comminuit: verùm cur nomen mutavit? Ut vel memoria evaneſceret, dum ex deſpectu etiam comminuta imago; etenim in eo qui ne adoret, ex corde ſerpentem fugerit; nihil prorſum remanere debet. Nil, quod ad Veneris ſpeciem: figurę, ſerpentis, concupiſcentiæ & demùm blanditiarum neque nomen.

*4. Reg 18. 4.*

*In verâ pœnitudinem voluptatis neque nomen.*

17 A Chartario ex Dante affabrè pingitur. *Voluptatem ſe vidiſſe fingit: & illam deſcribit mulierem balbam* (ait de *Imagin. Deorum*, pag. 248.) *ſtrabam, pedibus diſtortam, mutilis manibus, pallido colore, quæ poſtea expeditè loqui inciperet, in pedes ſe erigeret, vultuique eos colores induceret, quos amor vellet: ab eaque ſe dulciſsimis verbis illiciendum fuiſſe; niſi ſtatim Dea quædam ſancta* (Caſtitas) *atque honeſta aſtitiſſet; quæ alteri comprehenſæ veſtes abſcidiſſet: quæ tantum fœtorem ex ſe emittebat, ut ſomnum ademerit.* Hæc imago, quæ adoratur prono pectore, previâ maximè occaſione; larvatis inſidijs, ſpecie delitioſæ voluptatis; vulnerantis præcordia dulcifellea ſagitta; ex qua non blanditiæ ſed cruciamina, dolos indicante dolore, converſo in odium, quicquid rapuerat affectum: igitur pulchritudinem cognoſcentes ſerpentem, nec placet audire nomen. Deliquit Adamus, ſerpentis deauratâ futilè ſuggeſtione; deguſtando fructum vetiti ligni; luitque pœnas amariſsimo planctu, à Numine vindice eiectus è paradiſo; & ne audacter regredi poſſet, oſtium pervium flammeo gladio per Cherubim vigilanter cuſtodivit. Sic Cherubim coram Addam collocavit, *Ad cuſtodiendam viam ligni vitæ.* Quippini ad cuſtodiendam viam ligni ſcientiæ boni & mali, ex quo acceperat vulnus? Ad illud nec erit auſus. Sagittam intimè ſenſit, de vulnere doluit: & non præcavetur via ad arborem ſcientiæ, ſed tantùm vitæ; quoniam ex illa tantam accepit cladem, & ſuſtinebat dolorem; ut ad illam accedere, numquàm veniret in mentem. Ibi & ſerpens & tranſgreſsionis in vulnus occaſio; propter quæ ſaucius exivit à voluptatis horto: & ita lacer, miſer, deiectus ex occaſione per expulſionem evaſit, ut quamvis haberet occaſionem fugeret. Viam vitæ, non ſcientiæ, ubi mentita eſt iniquitas ſibi, dum ſerpenti credidit; atque eluſus & illuſus à felicitate ruit. In hoccine lignum haud neceſſaria cuſtodia; removent vulnera: cavebitque regerere tramitem, ne iterùm videat in occaſione ſerpentem.

*Imago laſciviæ, ſeu voluptatis.* Chartar

*Genеſ. 3 24.*

*Exulat voluptas ubi doloris acerbitas.*

18 Fugiet: haudquaquàm miſer degeret, modò in occaſione, dracone præſente, in ſalutem feciſſet. Ut iniquè agant luxurioſi laborant, & ſemper cæſpitant: minimèque laborarent, ſi in horto voluptatis ſerpentes fugerent. Si volarent, non deficerent: etenim appetitus avolat, ſi impetitus volat. *Dixi: Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ, & volabo & requieſcam?* Sic avet, qui corruit, quia non volavit: igitur cadet fragilitas, ni in effugium per fugam ſumpſerit alas. *Pennas*, non utcumque, ſed ut *columbæ.* Huius volatus pernix: & quamvis cor Venerem & occaſionem fugerit; ſubibit ſane periculum, ni fuerit actutùm. Haud labor eſt volare: labor & dolor, manere; quippe ſub delitiarum illecebra, in dolorem & dolorem multiplicantur vulnera: fugienſque dum volat triumphat; quia per volatus laborem, invenit laboris requiem. *Oculus meretricis laqueus amatoris eſt*: ſubdit Ambroſius d. In amore & in amorem oculi profectò duces.

Pſ. 54. 7.

*Fuga & prompta adverſus eius vulnera.*

Ambro

*Oculi vix ſe ſedibus retinent:*

Inquit Senec. in *Oedip.* v. 959. illuſtratque multiiugi eruditione Delr. hic in *Hercul. Oetæo*, v. 453. Quare qui fugit, luminum in lumen ſolicitet obſcuritatem, & umbram; ne oculus ſalax deprædetur animam.

Senec.

19 Ita Iobus de ſe dicit: *Pepigi fœdus cum oculis meis, ut ne cogitarem quidem de virgine.* Si virgo excuſaret viſum, excuſaret & ſcandalum, oculorum offendiculum. Fœdus cum oculis pangitur, ne aliquod dedecus de virgine cogitetur: Iobuſque vel oculis negat fidem, quia non oculis credendum erga virginis honorem. Multoties oculi ſunt falſi teſtes, quippe decipiunt colores: neque cogitandum, iudicandumve iuxta oculorum obiecta; quippe plerumque ſunt iudicia temeraria; Iobuſq ne cogitaret quicquam cum oculis pepigit; quippe cautus non ſecundum viſionem oculorum iudicabit. Feriat ergo cum oculis pactum, ne cogitationis innoteſcat præcipitium: etenim verba præcipitationis; ſi fiant in honorem Virginis iudices, qui ad iudicium dumtaxàt admittuntur ut teſtes. Demùm: Pactum ne cogitaret, cum oculis icit. Verùm quid oculis ad cogitationem? Sunt via & pervia ad patrandam iniquitatem; quippe ex oculorum delicijs, corda deveniunt ſtatim in retia Veneris: pactumque cum oculis fit, ut à fœmina habeat longiſsimè mens: equidem gaudebit plenè beneficio libertatis, modo illicet relegetur occaſio cogitationis. Cogitationi congruit deliberare: oculis, tantùm ſentire. Quid mirùm ſi fœdus cum oculis faciat? Cum oculis, ne ſentiat, per quæ conſentiat; igitur remotis & occaſione & occaſionis periculo, de fœmina ad blandimina cordis neque cogitatio.

Iob. 31. 1.

*Virgo vaga honoris patitur dedecora.*

*Facilitas temeraria iudiciorum.*



*Oculorũ neceſſaria cuſtodia, ne vulneretur anima.*

20 Totus focus Veneris ex malignitate futilis curioſitatis. Unde Monachis commendat N. Patriarcha Glorioſus, cap. 4. *S. Regul.* tres inſignes gnomas: *Caſtitatem*, ſcilicèt, *amare*; *delitias non amplecti, & deſideria carnis non perficere*: etenim ex delitijs pullulant, ac repullulant inanes virulentæ cogitationes; ex quibus ut ſagittæ iaculantur deſideria, in animæ lethifera immedicabilia vulnera: perficientur enim miniſtricè curioſitate uſque in toxicum; ni ut caſtitas ſervetur & obſervetur, fiat ſolicitè cum oculis pactum. Florebit utique cordis puritas, corporis caſtitas, ſi relegetur oculorum curioſitas, atque ſecentur deſideria in cupidinis delitias. Graphicè atque floridè Gabr. Bugnotius hic:

S. Benedict.

*Curioſitas hoſtis caſtitatis*

*Hic ne pone ped., quò ducit iniqua voluptas:*
*Quò vocat & mentes inſidioſus amor.*
*Ipſe pudor puram faciat cum corpore mentē:*
*Diſque parem ſervet virginitatis honos.*
*Effuge delitias.*

Bugnot.

De Heli dicitur: *Oculi eius caligaverant, nec poterat videre.* Pòſt deſcribitur Argos: *Heli ſedebat contra viam ſpectans.* Spectans? Quid ſpectabat, ſi videre oculorum caligine non valebat? Hebr. *Speculans.* Cæcus ſatagebat videre præ curioſitate, vel dum caligabant oculi; indicans cordis deſideria vana & futilia in cordolia, & ſimul indicantia futuram lapſum, ac ridiculum propoſitum: etenim ſi videndo infirmam oſtenderet mentem; non videndo, curioſitatis ineptè demonſtrabat cæcitatem. Signat amentiam Iuvenal, *Satyr.* 4. v. 114. ſuccinens:

1. Reg. 3. 2. c. 4. 13.

*Curioſi quomodo cæci?*

*Grande & conſpicuum noſtro quoque tempore monſtrum,*
*Qui numquam viſæ flagrabat amore puellæ,*
*Cæcus.*

Iuvenal

Non ſecùs cæcus præ luxuria ac mortiferâ curioſitate, ſatagens ſpeculari, quod lege ac profeſsione non poteſt videre: tuncque meliùs videt, dum lumina in viſum facto fœdere claudit. Audiatur Syrus in *Mimis*, à n. 67.

*Bis interimitur, qui ſuis armis perit.*
*Graviſsimum eſt imperium conſuetudinis.*
*Effugere cupiditatem, regnum eſt vincere.*

P. Syr.

## DIDASCALIA V.

### *Singulare opus Numinis, Conceptio Virginis-Matris.*

1 QUæ iuxta Bernard. in *Penteoſt.* ſerm. 2. n. 4. fuit *Negotium ſæculorum*, & in ſæculo puriſsima apparuit; in præſenti Didaſcalia nobis negotium faceſſet. *Opus Dei* à Bonaventur. plauditur, cap. 7. in *Specul.* Opus Dei explicare, prorsùm difficile: quid erit ergo dum obijcitur florens opus ſingulare? *Pulchra pulchritudine divinâ* (inquit Rupert. lib. 6. in Cantic.) *Tota pulchra eſt* & ex toto; ut clareat non humana in humanis, ſed divina pulchritudo: etenim ſi ex humanis decor, haud ſine nævo nitor; & in humana fulget pulchritudo divina: quippequàm pulchra ſine macula, tota: & etiam ex toto ſingularis pulchritudo; ſiquidem ſi venuſtas à gratiæ ſplendore, pulchra tota à primo conceptionis inſtante.

Bernar.

*Virgo quare opus ſingulare Dei?*

Bonav.

Rupert. Cantic. 4. 7.

*Eius cur dicitur pulchritudo divina?*

*Mirificis purum virtutibus æthera vincit,*
*Quæ ſine labe patrum concipienda foret.*
*Sin aliter fieret, fortaſsè notanda fuiſſet,*
*Vel minùs illa merens, vel minus ille potēs.*

Benavid

Accinit Benavid. *Horar. ſucciſiv.* lib. 1. *Epigram.* 11. Elucet opus Dei, & decus noſtri miſerrimi generis.

2 Verùm in quo ſingularitas operis? In perfectionis ſumma, uti dicit principalis Tautologia. Cùm venerit factum caro, Verbum Dei, dicitur per Prophetam, *Eruens liberavit nos.* Quorsùm, dicitur, *Liberabit eruens*; cùm nemo ſit, qui dum liberat à periculo non eruat? Quia ſingulariter poteſt eſſe libertas, quin ſit periculum. Eſt de gratia hominibus conferenda ſacrum arcanum. Hinc Virgo-Mater à Germano Conſtantinopol. in eius *Nativit.* ſignatur, *Totius prophetiæ clariſsimum complementum, novique teſta-*

Iſai. 36. 15.

*In conceptione quomodò à crimine libera & non erepta?*